



1188, aprox. junio-julio, s.d. [León]

Transcripción en latín de los Decreta de León de 1188 a partir de un códice medieval del Fuero Juzgo no precisado, que forma parte de una compilación jurídica dirigida por los hermanos Diego y Antonio de Covarrubias para la edición de la “Collectio Canonum et Legum Gothorum” en el siglo XVI.

- B. BIBLIOTECA NACIONAL DE ESPAÑA. Sección Manuscritos, Sign. Mss. 772 (olim D. 50), texto nº 5, fols. 305r-308r.
- Copia de la segunda mitad del siglo XVI, o principios del siglo XVII. Códice con 311 fols. + 20 guardas, 340 x 235 mm.

Transcripción:

[...]

Decreta qua Dominus Aldefonsus Rex Legionis et Gallecie constituit in curia apud Legionem cum Archiepiscopo compostelano et cum ómnibus Episcopis et magnatibus, et cum clericis ciuibus Regni sui.

In Dei nomine. Ego Dominus Aldefonsus Rex Legionis et Gallicie cum celebrare curiam apud legionem cum Archiepiscopo et Episcopis, et magnatibus Regni mei et cum electis ciuibus ex singulis ciuitatibus, constituti, et juramento firmaui, quod omnibus de Regno meo tam clericis, Quam laicis seruare mores bonos, quos a predecessoribus meis habent constitutos.

Satutui etiam et iurauí si aliquis faceret vel diceret mihi mezlclam de aliquo, sine mora manifestare ipsum mezlclantem ipso mezlclato: et si non potuerit probare mezlclam Quam fecit in curia mea penam patiatur, Quam pati debeat mezlclatus si mezlcla probata fuiste iurauí etiam quod numquam Procter mezlclam mihi dictam de aliquo, vel malum, quod Decatur de illo, facere malum vel damnum vel in persona, vel in rebus suis, donec vocem cum // [fol. 305v] per literas meas, ut veniat ad curiam team facere directum secundum quod curia mea mandauerit. Et si probatum non fuerit, ille qui mezlclam fecit patiatur penam supradictam; et soluat insuper expensas, quas fecit mezlclatus in eundo et redeundo.

Promisi etiam, quod non faciam guerram vel pacem, vel placitum, nisi cum concilio Episcoporum nobilium et bonorum hominum, per quórum consilium debeo regi.

Statui insuper quod ego nec alius de regno meo destruat domum vel inuadat, vel incidat vineas, vel arbores alterius: sed qui rancuram de aliquo habuit, conqueratur mihi vel do(15)mino terre aut iustigiis, qui ex parte mea vel Episcopi, vel domini terre constituti fuerint: Et si ille de quo conqueritur voluerit fideuissorem dare, vel pignora quod faciat directum secundum forum suum, nullum damnem patiatur, quod si facere noluerit Dominus terre vel iustitie constringant eum Sicut iustum fuerit. Et si Dominus terre vel iustitie hoc facere noluerint cum testimonio episcopi et bonorum hominum mihi denuntient, et ego faciam ei iustitiam.

Prohibeo etiam firmiter, quod nequis in regno meo faciat assumadas, sed ¿quaerat? Iustitiam suam pro me Sicut supra dictum est.

Quod si quis ea fecerit, duplum damnum, quod inde euenerit, et perdat amorem meum // [fol. 306r] et beneficium et terram, si quam de iure tenuerit.



Statui etiam, vt nullus rem siue mobilem, siue immobilem quod alius in possessione tenuerit, violenter audeat occupare. Quod si rem ipsam fecerit: duplatam ei, qui passus est violentiam resituate.

Statui etiam, quod aliquis non pignoret, nisi per iustitias, vel Alcaides, quos positi sunt ex parte mea. Et ipsi, et domini terre in ciuitatibus et in alcobibus, quae directum faciat fideliter omnibus conquerentibus. Quod si quis aliter pignorauerit, tamquam violentus inuasor primatur. Simili modo que boues vel vaccas que fuerint ad arandum pignorauerit: aut ea que rusticus habuerit secum in agro vel corpus rustici. Quod si quis pignorauerit, vel prendiderit Sicut supra dictum ets, puniatur: Et insuper sit excommunicatus; qui vero negauerit se violentiam fecisse, vt predictam penam euadat, et det fideiussorem secundum forum, et priores consuetudines terre fue: Et exquiratur deinde si violentiam fecit, vel non: et secundum illam exquisitionem teneantur per datam fideiussionem satisfacere. Exquisitores autem, vel sint per consensum impetentis vel Rius impetenti, aut si non consentiunt sint de illis, quos in terras posuistis. Si iustitias et alcaides per consilium supra // [fol. 306v] dictorum hominum, vel qui terram team tenent, ad iustitiam faciendam posuerint qui sigilla habere debeant per qua homines maneant, quod Venant ad emendationem suorum conquerentium: et per qua testimonium reddant mihi, qui quaerella hominum si sint vere, aut non.

Firmaui etiam, quod si aliquis de iustitiis conquerenti iustitiam denegauerit, vel eam ma(10)liciose distulerit et vsque ad tertium diem ei directum non fecerit, adhibeat ille testes apud aliquam de suprascriptis iustitiis, per cuius testimonium rei veritas constet et compellatur iustitiam, tam querelam, quam ex)ensas in duplum conquerenti persoluere. Si forte omnes iustitie illius terre iustitiam quarelandi negauerint, adhibeat testes bonorum hominum, per quos probet: et deinde sine calumnia pro iustitiis, vel alcaldibus pignorum, tam propter petitionem quam propter expensas, vt in duplum ei iustitie persoluant, et insuper dampnum, quod alicui pignorauerit, euenerit iustitie ei in duplum persoluant.

Addidi etiam, quod nemo contradicat iustitiis, nec pignora auferat, quando alicui facere directum voluerit. Quod si fecerit dampnum et petitionem et expensas in duplum reddat, et in super iustitiis Lx solidos pectet, et si quis de iustitiis aliquos sibi commissos ad // [fol. 307r] faciendam iustitiam prouocauerit, et ipsi adiuuare eum neglexerint, ad supradicta poenam teneantur: Et insuper domino terre et iustitiis centum morbetinos persoluat. Et si reus vel debitor non potuerit habere de quo satisfaciat petitori iustitie et alcaides prendant corpus eius. Et omnia que habuerit sine calumnia et reddant eum. Et omnia sua petitori. Et si et necesse fuerit conducant eum in suo saluo. Et si quis eum per vim abstulerit, tamquam violentus inuasor primatur. Et si quis de iustitiis aliquid dampnum super iustitiam faciendam euenerit omnes homines illius terre totum dampnum illi recuperent: si forte qui dampnum fecit non habuerit de quo ei reddat; et si forte quod absit aliquis super eum occiderit sit traditor et aleuossus.

Constitui etiam quod si quis per sigillum iustitiarum vocatus fuerit, et ad placitum coram iustitiis venire neglexerint si probatum ei fuerit per bonos homines iustitiis LX solidos pectet. Et si quis accusatus fuerit de furto vel de aliquot illicito facto, et accusatory vocauerit eum ante bonos homines vt veniat facere directum ante iustitias, et ipse vsque ad nouem dies venire neglexerit, si probatum ei fuerit vocationem, sit forfectosus: Et si nobilis fuerit perdat quingentos solidos, Et qui eum prendiderit sine // [fol. 307v] calumnia de eo iustitiam faciat, et si forte nobilis in aliquot tempore emendatus fuerit et omnibus conquerentibus satisfecerit, recuperet nobilitatem suam, et habeat quingentos solidos sicut prius habebat.

Iuravi etiam, quod ego nec aliquis ad domum alicuius per vim vadat vel dampnum aliquod in ea, vel in haereditate eius faciat quod si fecerit damnum duplum domino domus, et in super domino terre dampnum quod fecerit in noueculum pectet, si non promiserit directum, sicut scriptum est. Et si forte domum vel dominam domus occiderit sit aleuosus et traditor. Et si dominus vel domina, vel aliquis de illis, qui domum suam defendere adiuuauerint, aliquem



illorum occiderint pro homicidio non primatur: Et de dampno quod illis fecerit numquam respondeat.

Et statui, quod si quis voluerit facere directum alicui homini quod de eo ¿tancuram? Habuerit, et tancuriosus noluerit de eo accipere directum, secundum quod supradictum est nullum damnum faciat ei: quod si fecerit reddat ei duplum, et si forte super hoc eum occiderit, sit aleuosus.

Statui etiam si forte aliquis transierit de vna ciuitate ad aliam, aut de vna villa in aliam: aut de vna terra in aliam. Et aliquis cum sigillo de iustitiis ad iustitias // [fol. 308r] illius terre venerit, ut cum capiant, et de eo faciant iustitiam: Statim et sine more capere eum, et facere iustitiam non dubietent quod si non fecerint iustitie patiantur poenam, quam fortectiosus pati debeat.

Defendo etiam quod nullus homo qui haereditatem habet de qua mihi forum faciat non de team alicui ordini.

Mandaui etiam, quod nemo eat ad uidierum curie mee nec ad iudicium legionensem ne pro his causis, pro quibus debent ire secundum foros suos. Omnes etiam episcope promiserunt. Et omnes milites et ciues iuramento firmauerunt, quod fideles sint in consilio meo ad tenendam iustitiam et suadendam pacem in toto regno meo.

[...]

Edición de divulgación y transcripción:

- Alfonso SÁNCHEZ MAIRENA (Subdirección General de los Archivos Estatales (Secretaría de Estado de Cultura. España).

Nota informativa

- La imagen ha sido proporcionada por la Biblioteca Nacional de España y la Edición y transcripción por la Subdirección general de los Archivos Estatales de la Secretaría de Estado de Cultura con la finalidad exclusiva de divulgación. Los investigadores y lectores que deseen utilizar toda esta información o parte de ella pueden hacerlo libremente siempre y cuando citen la procedencia de los textos e imágenes. En el aparato crítico de los documentos se ofrecen los centros culturales (Archivos y Bibliotecas) donde se custodian los manuscritos así como las ediciones de los textos.
- Si utiliza este recurso, le rogamos que lo cite, utilizando los datos de la nota precedente de “Edición de divulgación y transcripción” y la URL del recurso de información en que se edita este documento.

Madrid, 2 de Julio 2013



BIBLIOTECA NACIONAL DE ESPAÑA. Sección Manuscritos, Sign. Mss. 772 (olim D. 50),
texto n° 5, fols. 305r-308r.

Fol. 305r.

305 v

Ego comes don frola. conf.
Ego Fernando Gonsalues. conf.
Ego Tel Tellis. conf.
Ego Pelagius Martini. conf.

Decreta qua dominus Aldefonsus Rex
Legionis & Gallie constituit in curia
apud Legionem cum Archiepiscopo compo-
stellano & cum omnibus Episcopis & magna-
tibus, et cum clericis civibus Regni sui.

In Dei nomine. Ego dominus Aldefonsus Rex
Legionis & Gallie cum celebrare curiam
apud Legionem cum Archiepiscopo & Episco-
pis, & magnatibus Regni mei, & cum electis
civibus ex singulis civitatibus, constituti,
& Juramento firmavi, quod omnibus de
Regno meo tam clericis, quam laicis servare
mores bonos, quos à prædecessoribus meis ha-
bent constitutos.

Statui etiam, & iuravi, si aliquis faceret,
vel diceret mihi mesciam de aliquo, sine mora
manifestare ipsum mesciantem ipso mescelato:
& si non potuerit probare mesciam quam fe-
cit in curia mea penam patietur, quam pati
debeat mescelatus si mescela probata fuerit
Iuravi etiam quod nunquam propter mesciam
mihi dictam de aliquo, vel malum, quod dicitur
de illo, facere malum vel damnū, vel in
persona, vel in rebus suis, donec vocem eum